

Cambridge University Press

978-1-108-05233-7 - Liber Qui Dicitur Flores Historiarum Ab Anno Domini MCLIV Annoque

Henrici Anglorum Regis Secundi Primo: Volume 2

Roger of Wendover Edited by Henry G. Hewlett

Excerpt

[More information](#)

---

**ROGERI DE WENDOVER LIBER QUI  
DICITUR FLORES HISTORIARUM:**

**AB ANNO DOMINI MCLIV. ANNOQUE**

**HENRICI ANGLORUM  
REGIS SECUNDI PRIMO.**

---

**VOLUME II.**

**U 51972. Wt. 8433.**

**A**

Cambridge University Press

978-1-108-05233-7 - Liber Qui Dicitur Flores Historiarum Ab Anno Domini MCLIV Annoque

Henrici Anglorum Regis Secundi Primo: Volume 2

Roger of Wendover Edited by Henry G. Hewlett

Excerpt

[More information](#)

---

Cambridge University Press

978-1-108-05233-7 - Liber Qui Dicitur Flores Historiarum Ab Anno Domini MCLIV Annoque

Henrici Anglorum Regis Secundi Primo: Volume 2

Roger of Wendover Edited by Henry G. Hewlett

Excerpt

[More information](#)

**ROGERI DE WENDOVER LIBER QUI  
DICITUR FLORES HISTORIARUM.**

---

*De oleo imaginis Dei genitricis mirabiliter  
incarnato.*

Eodem anno, feria tertia ante Paschalem solemni- A.D. 1204.  
tatem, contigit miraculum omni laude dignissimum de  
oleo imaginis matris Dei apud Sardenai in hunc  
modum. Accidit in carcere militum Christianorum  
in castro Damasceno, quod miles quidam extraheret  
de armario suo fiolam unam, in qua posuerat de oleo  
illo, quod de iconia Dei genitricis apud Sardenai dis-  
tillat; sed cum diligenter fiolam illam inspexit, in qua  
oleum reposuerat lucidissimum et velut aquæ fontis  
perspicuum, apparuit in ea oleum incarnatum sed in  
duas partes divisum, hærebat namque una pars olei  
inferiori parte fiolæ et altera superiori. Miles autem  
acciens cultellum suum voluit conjungere partem  
superiorem cum parte inferiori, sed, continuo ut acies  
cultelli oleum illud incarnatum tetigit, videntibus  
capellanis militibusque captivis et cæteris universis,  
guttæ sanguinis inde cunctis admirantibus effluxerunt;  
et, quoniam plerique de hac matris Dei imagine veri-  
tatem ignorant, dignissimum est, ut, quam habuit  
originem, ad laudem ejusdem matris Dei nescientibus  
referamus.

*De initio memoratae imaginis et quibusdam miraculis  
ejusdem.*

Fuit apud Damascum, metropolim Syriæ civitatem,  
venerabilis quædam matrona, quæ sanctimonialis habi-

A 2

Cambridge University Press

978-1-108-05233-7 - Liber Qui Dicitur Flores Historiarum Ab Anno Domini MCLIV Annoque

Henrici Anglorum Regis Secundi Primo: Volume 2

Roger of Wendover Edited by Henry G. Hewlett

Excerpt

[More information](#)

A.D. 1204. tum suscipiens Deo devotissime servire studebat; et, ut liberius divinis vacaret obsequiis, civilem declinans tumultum sexto ab urbe prædicta milliario ad locum Sardenai appellatum recessit, ibique domum sibi et oratorium in honorem sanctæ Dei genitricis Mariæ ædificans hospitalitatis officium devote peregrinis et pauperibus exhibebat. Contigit autem monachum quendam de urbe Constantinopolitana orationis gratia et sacra Hierusalem loca visitandi venire, qui a sanctimoniali præfata in hospitium est caritative receptus; quem cum cognovisset ad sanctam tendere civitatem, rogavit eum humiliter et devote, ut rediens adferret secum de sancta civitate Hierusalem iconiam quandam, id est<sup>1</sup> quandam tabulam depictam, quam in oratorio suo poneret et quæ sibi oranti Dei genitricis imaginem repræsentaret. Ille vero fideliter promisit se iconiam illi delaturum. Qui cum Hierosolymam pervenisset, expletis orationibus suis,<sup>2</sup> immemor promissi redire dispossuit; cumque iter arripiens a civitate fuisse egressus, ecce vox emissa de cœlo dixit ad eum, “Quomodo manu “vacua siccine recedis? Ubi est iconia, quam te “sanctimoniali delaturum promisisti?” Et rei memor monachus effectus in civitatem reversus est, et veniens ad locum ubi iconiæ vendebantur unam, quæ sibi placuit, comparavit et secum rediens reportavit; et cum venisset ad locum, qui Gith appellatur, ubi leo ferox et hominum devorator in spelunca latebat, monacho venienti occurrens humiliter cœpit lambere pedes ejus, a quo, divina eum protegente gratia, illæsus evasit. Deinde latronum perpessus insidias, cum manus in eum violentas<sup>3</sup> extendere decrevissent, angelica eos voce increpante adeo perterriti sunt, quod nec loqui nec se movere aliquatenus potuerunt. Tunc monachus iconiam, quam tenebat, diligenter inspiciens

<sup>1</sup> Quandam id est wanting in C.<sup>2</sup> Sui in D.<sup>3</sup> Violentes in D.

Cambridge University Press

978-1-108-05233-7 - Liber Qui Dicitur Flores Historiarum Ab Anno Domini MCLIV Annoque

Henrici Anglorum Regis Secundi Primo: Volume 2

Roger of Wendover Edited by Henry G. Hewlett

Excerpt

[More information](#)

FLORES HISTORIARUM.

5

aliquid divinæ virtutis in ea latere cognovit; et secum A.D. 1204. —  
deliberans, ut iconiam ad suam deferret patriam, sanctimoniale defraudando, inaniter laborabat. Tunc veniens ad Achon civitatem navem intravit, volens repatriare, si possit; cumque dies aliquot velis cucurrisserent patentibus, ecce subito tempestate suborta adeo periclitari cœperunt, ut singuli, quæ sua erant, in mare projicerent. Monachus autem cum suum sacculum inter alios vellet undis committere, dixit ad eum angelus Domini, "Vide ne feceris, sed leva iconiam " in manibus tuis reverenter ad Deum;" qui angeli obtemperans jussionibus iconiam in altum levavit et continuo tempestas quievit; ignorantibus autem illis quo pergerent, ad Achon civitatem reversi sunt. Tunc monachus de imagine Dei intelligens voluntatem, suisque promissionibus satisfacere cupiens, ad sanctimoniale rediit et ab ea beneficium hospitalitatis suscepit; ignotus tamen ei erat propter hospitum frequentiam, et ideo iconiam ab eo non requisivit; monachus vero hoc ipsum advertens cogitavit cum ipsa iconia ad propria remeare. Mane autem facto, cum abeundi licentiam impetrasset, gratia orationis oratorium intravit, et, cum facta oratione exire voluit, ostium invenire non potuit; ponens ergo quam tenebat iconiam super altare oratorii, ostium vidit apertum, et, cum iterum assumpta iconia ab oratorio exire moliretur, quo egredieretur non invenit. Videns tandem monachus circa iconiam divinam virtutem, posuit eam in oratorio super altare, et rediens ad sanctimoniale fœminam omnia per ordinem retulit, quæ de iconia mirabiliter, ut superius relatum est, gesta sunt; dixit ergo divinam esse voluntatem, ut iconia ibi remaneret et debito ibidem veneraretur obsequio. Accepit ergo imaginem sanctimonialis, benedicens Dominum ejusque genitricem de omnibus quæ sibi monachus revelavit; monachus quoque in eodem loco residuum vitæ suæ peragere decrevit, propter virtutes, quas Deum fecisse cognove-

Cambridge University Press

978-1-108-05233-7 - Liber Qui Dicitur Flores Historiarum Ab Anno Domini MCLIV Annoque

Henrici Anglorum Regis Secundi Primo: Volume 2

Roger of Wendover Edited by Henry G. Hewlett

Excerpt

[More information](#)

A.D. 1204. rat per imaginem suæ sanctæ genitricis. Cœpit iconia  
— deinceps valde ab omnibus venerari, et cœperunt omnes  
in ea Dei magnalia admirari.

*Ut imago Dei genitricis olei liquorem emiserit.*

His ita gestis, foemina sanctimonialis locum præparans, ut sibi videbatur, honestiorem, in quo imaginem poneret, rogavit presbyterum quendam, tanquam se dignorem et morum honestate præditum, ut credebat, ut vestibus sacris induitus ad iconiam accederet et eam ad locum prænominatum transferret. Ille autem verebatur nimis eam tangere, quia a tempore illo, quo super altare posita fuerat, sudare cœpit et liquorem olei lucidissimum emittere non cessavit; quam desudationem foemina sanctimonialis prius cum sindone munda detergens, postea vasculum paravit æneum et liquorem recepit; quem cum in nomine Domini ejusque genitricis infirmis tribuisset, a variis languoribus illico sanabantur et hucusque sanantur. Presbyter autem prædictus ad imaginem temere<sup>1</sup> accedens ut eam transferret, protinus, cum liquorem ex ea manantem tetigit, arefactæ sunt ejus manus et post triduum migravit ad Dominum. Postea vero nullus præsumpsit imaginem, præter solam sanctimonialem, tangere, vel eam de loco movere. Tunc foemina religiosa subter iconiam vasculum præparavit vitreum, in quo liquor ab imagine fluens reciperetur et infirmorum necessitatibus servaretur.

*Ut eadem imago mamillas carnis produxerit.*

Procedente denique tempore, res dictu mirabilis contigit et hactenus inaudita, nam imago præfata,

<sup>1</sup> Temerari in D.

Cambridge University Press

978-1-108-05233-7 - Liber Qui Dicitur Flores Historiarum Ab Anno Domini MCLIV Annoque

Henrici Anglorum Regis Secundi Primo: Volume 2

Roger of Wendover Edited by Henry G. Hewlett

Excerpt

[More information](#)

## FLORES HISTORIARUM.

7

admirantibus cunctis, cœpit paulatim mamillas carnis, A.D. 1204.  
 emittere et mirabiliter carne vestiri; unde hucusque  
 a mamillis deorsum carne videretur induta, a quo  
 liquor ille incessanter distillat; quem liquorem fratres  
 Templi ad domos suas deferunt, cum inducias habent  
 a paganis, ut peregrinis orationis gratia adventantibus  
 inde distribuant, qui honorem Dei genitricis in di-  
 versis mundi partibus reverenter attollant. Sunt  
 autem monachi in quadam parte monasterii divinum  
 agentes officium; sed dignitas et magisterium sancti-  
 monialium est propter reverentiam prædictæ mulieris,  
 quæ locum illum prius inhabitavit et in honorem  
 sanctæ Mariæ Dei genitricis oratorium fabricavit.

*Ut Soldanus quidam per imaginem visum receperit.*

Contigit in illis diebus Soldanum Damascenorum,  
 qui monoculus fuerat, in oculo cum quo videbat infir-  
 mari, [et] visum penitus amittens cæcus effectus est;  
 qui audiens de imagine memorata, per<sup>1</sup> quam Deus  
 tanta operabatur miracula, venit ad locum et orato-  
 rium intravit, et, licet paganus esset, fidem in Domino  
 habuit, quod per imaginem suæ genitricis sibi sanitas  
 redderetur, et procidens in terram diu prostratus ora-  
 vit; surgens autem ab oratione vidit ignem in lam-  
 pade ardentem, quæ ante imaginem genitricis Dei  
 Mariæ pendebat, et visum se recepisse gavisus est.  
 Glorificavit ergo Deum, et omnes qui hoc cum ipso  
 viderunt; et, quia primum lucem<sup>2</sup> viderat in lampade  
 coruscantem, votum vovit Domino, quod annuatim  
 deinceps daret sexaginta metretas olei ad luminaria  
 ejusdem oratorii, in quo per merita beatæ Dei geni-  
 tricis Mariæ visum receperat.<sup>3</sup>

<sup>1</sup> Pro in D. and C.

<sup>2</sup> Lumen in D.

<sup>3</sup> Recepit in D.

Cambridge University Press

978-1-108-05233-7 - Liber Qui Dicitur Flores Historiarum Ab Anno Domini MCLIV Annoque

Henrici Anglorum Regis Secundi Primo: Volume 2

Roger of Wendover Edited by Henry G. Hewlett

Excerpt

[More information](#)

*Ut Normannia cum cæteris terris transmarinis in  
dominium regis Francorum cesserint.*

A.D. 1204.

Circa dies istos exercitus regis Francorum, qui jam fere per annum castellum de Rupe-Andeliaci obsederat, per subfossores magnam murorum prostraverat portionem. Rogerus vero, Cestrensis constabularius, vir magnificus et bellicosus, Francigenis castrum intrare volentibus ingressum fortiter denegabat; sed tandem victu sibi deficiente, cum ad tantam perductus fuisset inopiam, quod nec unicam haberet alicujus pabuli refectionem, maluit armis quam fame mori; unde ipse et commilitones sui armati ad equos convolantes de castro exierunt, multisque ex obstantibus imperfectis, cum magna demum difficultate capti sunt. Cessit igitur castellum de Rupe-Andeliaci in usus regis Francorum pridie nonas Martii; et Rogerus de Lasci cum suis omnibus in Franciam adductus, rege Francorum jubente, propter probitatem suam, quam in castri custodia fecerat, sub libera custodia detentus est. Quo facto, castellani omnes de regionibus transmarinis, cum civibus et aliis regi Anglorum subjectis, nuntios direxerunt in Angliam, regi denuntiantes sub qua essent calamitate constituti, et quod tempus instabat induciarum, quo oportebat eos civitates et castella regi Francorum reddere, vel obsides quos illi dederant ad perdendum tradere; quibus rex Johannes respondit et per nuntios omnibus significavit, ut nullum omnino ab ipso exspectarent auxilium, sed facerent singuli quod sibi melius videbatur; sicque, omnimoda defensione in partibus illis deficiente, tota Normannia, Turonica, Andegavia et Pictavia, cum civitatibus, castellis et rebus aliis, praeter Rupellam, Toarz et Niorz castella, sunt in regis Francorum dominium devoluta. Quod cum regi Anglorum nuntiatum fuisset, omnimodis cum regina sua videbat deliciis, cum qua simul se creditit omnia possidere;

Cambridge University Press

978-1-108-05233-7 - Liber Qui Dicitur Flores Historiarum Ab Anno Domini MCLIV Annoque

Henrici Anglorum Regis Secundi Primo: Volume 2

Roger of Wendover Edited by Henry G. Hewlett

Excerpt

[More information](#)

## FLORES HISTORIARUM.

9

habebat præterea spem in immensitate pecuniæ quam A.D. 1204.  
collegerat, quasi per ipsam posset terras quas amiserat  
revocare.

*De morte Godefridi, Wintoniensis episcopi, et  
successione Petri de Rupibus.*

Eodem anno, kalendis Aprilis, in prima noctis vigilia tantus rubor in cælo apparuit in parte aquilonari et orientali, ut verus ignis ab omnibus credetur, et, quod mirandum est, in ipso rubore vehementissimo stellæ micantes apparuerunt; duravit autem hæc visio usque ad noctis medium.

Eodem tempore Godefridus, Wintoniensis episcopus, diem clausit extremum, sui successit Petrus de Rupibus, vir equestris ordinis et in rebus bellicis eruditus; qui, procurante rege Johanne, ad episcopatum electus Romam profectus est, ubi magnis xeniis liberaliter collatis ad ecclesiam Wintoniensem maturavit episcopus consecrari.

Eodem etiam anno fuit ultimum Paschæ<sup>1</sup> in die videlicet sancti Marci evangelistæ.

*De quibusdam notabilibus.*

Anno gratiæ MCCV. rex Johannes celebravit natale A.D. 1205. Domini apud Theokesberi vix per spatium unius diei; et eodem mense Januarii terra vehementissime congelata a decimo nono<sup>2</sup> kalendas Februarii usque ad undecimum kalendas Aprilis agriculturam suspendit, unde in æstate sequenti summa frumenti<sup>3</sup> quatuordecim solidis vendebatur.

Eodem anno circa Pentecosten rex Johannes congregavit exercitum grandem, quasi mare transiturus, et, prohibente sibi Cantuariensi archiepiscopo et aliis

<sup>1</sup> Ultima Pascha in D.

<sup>2</sup> Tricesimo in D.

<sup>3</sup> Summa frumenti wanting in D.

Cambridge University Press

978-1-108-05233-7 - Liber Qui Dicitur Flores Historiarum Ab Anno Domini MCLIV Annoque

Henrici Anglorum Regis Secundi Primo: Volume 2

Roger of Wendover Edited by Henry G. Hewlett

Excerpt

[More information](#)

A.D. 1205. multis, apud Portesmuthe navium multitudinem copiosam coadunari fecit; deinde rex cum parvo comitatu idibus Julii naves ascendit, et velis patentibus Neptuno se committens, mutato consilio, die tertio apud Stodlandt juxta Warham applicuit. Reversus autem rex cepit de comitibus, baronibus, militibus et viris religiosis pecuniam infinitam, occasiones prætendens, quod nollent ipsum sequi ad partes transmarinas, ut hæreditatem amissam recuperaret. Eodem tempore redditum est castellum de Chinun regi Francorum in vigilia sancti Johannis Baptistæ.

*De morte Huberti, Cantuariensis archiepiscopi, et electione suprioris Cantuariensis ecclesiæ.*

Eodem tempore Hubertus, Cantuariensis archiepiscopus, apud Tenham diem clausit extremum tertio idus Julii, rege admodum gaudente, quia de regis Francorum nimia familiaritate suspectus habebatur. Defuncto itaque archiepiscopo, antequam corpus ejus sepulturæ traderetur, adolescentes quidam de conventu Cantuariensis ecclesiæ, regis consensu non requisito, Reginaldum supriorem suum in archiepiscopum elegerunt, et media de nocte, post factam electionem, hymno “Te Deum laudamus” cantato, prius supra majus altare ac deinde in archiepiscopali cathedra posuerunt; verebantur enim, quod, si electio sine regis consensu facta ad ipsius aures pervenisset, ipse processum negotii impedire laboraret, unde nocte eadem idem superior, præstita cautione juratoria, quod sine licentia et literis specialibus conventus se electum non gereret, vel literas conventus de rato, quas habebat, alicui promulgaret, assumptis secum de conventu quibusdam monachis, curiam Romanam adivit. Hoc autem totum factum est, ut electio illa regem lateret donec probarent si rem inchoatam in curia Romana possent perducere ad effectum. Sed electus præfatus, statim ut in Flan-